

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

hisce adjunctum leges, petivi: à cujus celsitudine responsum non clementissimum exspecto. Ducis Ulrici verò, qui nondum ad nos rediit, graviozem etiam indignationem pertimesco: eum præter cætera in me beneficia, eadem die, qua Augusta ab eo nuper discessi, munere amplissimo centum Joachimicorum, addita etiam benevolentia suæ testificatione illustrissime prosecutus sit. Cæteras difficultates & mala, quæ *ἐν αὐτῷ πάλ᾽ ἐφίδυσται* *ὅτι ἐπιπράσαν* familiaris & instrumenti domestici, facilius fero: tametsi maximam partem æneæ & stanneæ, & ligneæ supellectilis meæ, quam DEI beneficio satis copiosam ex hæreditate socrus meæ accepi, asportare mecum nequeam, nisi sumptus vesturæ immodice augere velim. Gratissimum autem mihi esset, aliquem Senatus vestri ministrum, vel civem, instructum viatico necessario, circa Laurentii Festum ad nos venire, qui duos aut tres currus ipse conduceret, & onustos supellectile mea, Francofordiam in nondinas comiraretur, sumptusque necessarios Aurigis in itinere daret. Eum circa Calendas Septembris ipse cum familia, DEO vitam & valetudinem firmam mihi & meis largiente, secuturus essem. Sed hæc omnia tuæ fidei & prudentiæ commendo. Simulque à te reverenter & quanta possum contentione peto, ne vestrorum hominum expectationem de me fortassis ampliozem concites, quam ego sustinere & tueri possum. *ὅτι ἐὰν τοῦτο ἐστὶν αἰνιδικὸς λόγος*. Et omnes meæ calamitates & nunc infectiones hostiles initio ex nimium amicis quorundam de me sermonibus & comparationibus invidiosis ortæ sunt. Nunc etiam vultus deformitas accedit, cujus ut Philopæmen ille Achæorum Dux, ligna fecare ab hospita jussus, pœnas interdum luo. Celeberrimæ Scholæ vestræ formam, indicatis Professorum Publicorum nominibus, & horis ac materiis lectionum seu autoribus, quos singuli publicè nunc interpretantur, à Ministro tuo describi, & proxima occasione ad me mitti velim. Venerandam canicem & paternam erga me benevolentiam & fidem, si una nos DEUS vivere volet, omni pietate, observantia & officiis patri debitis, perpetuo colam, & retinere ac tueri studebo. DEUM oro, ut nos gubernet, & servet. Bene & feliciter vale. Rostochii. Die 28. Junii, Anno 1566.

David Chytræus

CVII.

S. D. Illustrissime Princeps, Domine clementissime. Cum superiori mensè Majo, Augustæ mihi aliquot honestæ functiones offerrentur, & forte in ipsi. diebus rumor de iteratis expilationibus miserorum Civium in hac urbe, & de plu-

de pluribus ædificiis dirutis, & interitu reliquiarum veteris negotiationis, Augustam perlatum esset: Ego, quod inter militum præsidia & arma, & in tanta caritate annonæ, Academiam quoque, pestilentia & bello dissipatam, difficulter restitutum iri meruerem, biennium Scholæ Argentinensi operam meam certis conditionibus addixi. Etsi autem expectatione mea major studioforum numerus, in hac Cels. V. Schola, iterum convenit, tamen cum conditiones à me propositas, Senatus ejus Urbis, misso ad me Rostochium ea de Causa Tabellario proprio, omnes se ratas habere ostendat, nunc categoricè respondendum, & fides, legatis illius Reipublicæ Augustæ à me data, necessariò servanda est.

Cum autem Illustriss. Celsissimi V. singulari clementia & benignitate me complectenti, jam sedecim annos serviam: & multis illustribus Cels. V. beneficiis usus sum, intelligo vicissim me Cels. V. omnia grati animi officia debere. Itaque prius quam Argentinensem Tabellarium dimitterem, reverenter exponere Cels. V. negotium totum, & cum debita subjectione orare volui, ut Clementissima Cels. V. concessione & venia mihi, promissum Scholæ Argentinensi factum efficere, & migrationem cum familia in eam urbem suscipere liceat.

Ego ubicunque locorum vivam, Cels. V. pietatem, sapientiam, eruditionem, benignitatem & munificentiam erga Ecclesias & Scholas, & beneficia in me privatim collata, memori semper mente & voce honorifica prædicabo, & à Cels. V. reverenter peto, ut benevolentiam erga me suam clementer conservet. Bene & feliciter Cels. V. Valeat. Rostochii 25. Junii. Anno 1566.

Inclutam Cels. V.

Reverenter colens.

David Chytræus.



CVIII.

SD. Reverende & Clarissime Vir, Patrone colende. Quæ nunc sit rerum mearum conditio, breviter exponam. Cum ab Illustrissimo Principe, Megalburgenfi, Johanne Alberto, per literas, quarum ad te exemplum proxime misi, veniam migrandi in Scholam Argentinensem petivissem, responsum accepit quod huic Epistolæ adjunctum ipse leges. Scripserat iisdem Calendis Julii etiam ad Rectorem Scholæ nostræ, quæ ex altera pagella cognosces. Pridiè Nonas Julii ipse Princeps cum tota Aula, in hanc Urbem, Præsidio militum ipsius adhuc occupatam, venit, ac postridie diu multumque de deferenda Vocatione isthuc suscepta coram mecum collocutus est. Respondi, me legatis Reipublicæ Argentinensis Augustæ, propositis conditionibus certis, operam meam addixisse,

FF 2

quas